XXI. poſt Trinit. Ev. Joh. 4, 46 —— 54.

Hoc Evangelio Chriſti, in Cana Galilææ (ubi ex aqua prius vinum fecerat) venientis, v. 46. Auxilium

- 1. Imploratur. *Cæterùm Perſona auxilium petens, deſcribitur à* ——
  - 1. Dignitate & officio: *Erat quidam Regius, v. 46.*
  - 2. Fortunâ adversâ: *Nam Filius ejus infirmabatur, ibid. (animam agebat, v. 47. πυρετῷ, febri peſtilentiali laborabat, v. 52.) Additur, v. 46. Loci notatio: Ubi? in Capernaum.*
  - 3. Morib. *ex malo illo domeſtico natis; ut ſunt:*
    - 1. *Diligentia & aſſiduitas. Oblatam enim occaſionem non negligit, v. 47.*
    - 2. *Humilitas quam exprimit;*
      - 1. Facto ipſo, *dum pedes ad Chriſtum accelerat, v. 47.*
      - 2. Verbis: Rogat *ut* DOMINUS *filij ſanandi causâ ſecum deſcendat, ratione à neceſſario, in medium adducta, v. 47.*
    - 3. *Patientia. Nam* DOMINI *correptionem, v. 48. precib. inſtando, v. 49. ſuffert.*
- 2. Impetratur. *Vade filius tuus vivit. v. 50. Hic homo ille Regius*
  - 1. Credit JESU, *v. 50. Fidei*
    - 1. *Signum eſt diſceſſus ſeu reditus ad ſua, v. 50.*
    - 2. *Confirmatio fit in via à Servis occurrentibus, & filium vivere referentib. v. 51. Porrò Paterfamiliàs recuperatæ valetudinis Horam* ——
      - 1. *Sciſcitatur ex illis atq; cognoſcit, v. 52.*
      - 2. *Animadvertit exactè cum eo tempore congruere, quo Chriſtus dixit: Vade, &c. v. 53.*
  - 2. *Credit domum reverſus* IN JESUM *cum tota familia ſua, v. 53. Subjungit hic Evangeliſta: ſecundum hoc eſſe ſignum, quod* DOMINUS *è Judæa in Galilæam veniens ediderit, v. 54.*

XXII. poſt Trinit. Ev. Matth. 18, 23 —— 35.

CHRISTUS *ad mutuam delictorum condonationem hortatur, Argumentis & rationibus ductis ab*

- 1. Honeſto, *hoc eſt, laudabili creditoris cujusdam miſerentis ſuper ſervum ſuum debitorem Exemplo.* Commendat autem *iſtum à* ——
  - 1. *Conditione Regia, v. 23.*
  - 2. *Rebus,*
    - 1. *Gerendis cum Servis ſuis. Vult autem rationem cum illis conferre, v. 23.*
    - 2. *Geſtis cum quodã ſervo ſuo debitore. Obſervetur hoc loco*
      - 1. *Debiti quantitas, v. 24.*
      - 2. *Debitoris qualitas, Non erat ſolvendo, v. 25.*
      - 3. *Creditoris tùm*
        - 1. *Severitas, v. 25.*
        - 2. *Benignitas erga ſupplicem, v. 26. 27.*
- 2. Turpi } *vide A.*
- 3. Inutili } *vide A.*